Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

INCIPIT LIBER SECVND

Ecclesiastica narrat historia beatissimum iohannem apostolum usq: ad ultimum poenitentiae suae tempus absq: ullius scriptura indicio euangelium p̃dicasse. sed cum tertium inquit euangeliorum & iam ad ipsum notitia peuenisset: probasse quidem dicit fidem & ueritatem dictorum de eo tamen uidit aliqua & eam maxime quae primo p̃dicationis suae tempore dn̄i gesserunt. Certum e enim qd in superiorib: trib: euangelistis euidenter sola continere quae in eo gesta sunt anno quo iohannis baptista uel inclusus e in carcerem uel punitus. Denique si obserues statim in initio narrationum postea quam refert matheus de quadraginta dierum ieunio. & de temptatione eius. continuo subiecit dicens. Audiens autem quia iohannis baptista traditus e. secessit a iudea & uenit in galileam. sed & marcus similiter postea quam inquit traditus e. iohannes uenit ihs in galileam. Lucas uero & iam prius quam incipiat aliquid de actib: ihu referri. quia adiecit herodes omnia mala quae gesserat & inclusit iohannem in carcerem. quia in quam ab his haec uidebantur omissa. Rogatus dicit iohannes apostolus ut ea quae preterierant priores ante traditionem iohannis saluatoris gesta describere. & ideo dicit in euangelio. haec fecit initio signorum ihs. & iterum in alio loco indicat dicens. Nondum enim iohannes missus fuerat in carcerem ex quib: constat qd ea quae ante quam iohannes traderetur ab ihu fuerant gesta describit. his inemonstratis historiae dicta sint tum huius secundi nri in lucam libelli p̃mu ire curauimus ne qui legentium putare ea quae por dinem sunt exponenda. post dierum quadraginta ieunium confestim facta sed post aliquod ad nomi uiracula uel in iudea uel in galilea patrata porro usanim ad uesterem & ea secuta.

Et egressus e ihs in uirtute spi in galileam & fama exiit per uniuersam regionem de illo & ipse docebat in sinagogis eorum & magnificabat ab omnib:

Uirtutem spi signa miraculorum dicit. sicut & alibi iudaei admirantes. Unde inquiunt huic sapientia haec & iustus. sapientiam uidelicet & doctrinam uirtutem ad opem ferentes. quae utrumq: partem & in hoc loco iunguntur. dum ihs & in uirtute spi ingressus ea. & in sinagogis eorum docuisse phibetur. Unde merito & magnificatus a presentib: & a absentes quosq: fama uulgatus assueuerunt. qd non utiq: nisi p̃cedentib: factorum dictorum ue fieri posset & indicius. sed horum tempus & ordinem in iohannis ut dictum e euangelio quisq: quaesierit inueniet. Cuius ut ceteri p̃ter matthaei unum solum modo testimonium ponam. Cum uenisset inquit in galileam exceperunt eum galilei. Cum uidissent omnia quae fecit ad in hierusolimis in die festo. non tantum quod primo ihm uirtutem spi demonstrauerat se. & post doc

t xvii
ꝯ xxiii
ꝯ xxvii
lo xlvi